

par. 2. c. 4. n. 4. & Rota Ro. in decis. 43. in 1. par. in nouis-
simè impressis. Quorum quidem auctoritate constat hæc
esse communem sententiam, & si ab ea dissentiat Butr.
in d. c. ex parte, num. 7. Cæpolla in d. lib. 1. disput. 19. nu.
5. & num. 8. Ioannes Gutierrez in lib. 1. Canonic. quest.
c. 2. n. 8. 9. 10. qui num. 12. post Didacum in d. c. 4. n. 6.
dixit, valere ut sponsalia, qui quidem Cæpolla ibi in col.
pen. vers. pen. vers. tertio non obstat, concedit commu-
nem illam opinionem esse veram, quando præcessit ali-
quis tractatus de matrimonio contrahendo, vel traditus
fuit annulus, qui dari solet in contrahendo matrimonio.
Et simile tradit Didac. in d. c. 4. §. 1. num. 4.

9 Nonus & vltimus est casus, quando verè sumus in
dubio, Hoc sanè casu præsumitur potius matrimonium,
quam sponsalia. Ita Butr. in d. c. ex parte, nu. 10. ver. quã-
doque proferuntur verba dubia, de spons. Lapsus alleg.
56. nu. 14. Clauasius in d. verbo matrimonio. il. 2. num.
4 & ibid. Vngarellus in additio. num. 12. Et alios refert
Thomas Sanchez in tractat. de matrim. lib. 1. disput. 18.
numer. 5.

*Matrimonium metu contractum quando præsumatur,
& quando metus præsumatur continuatus,
& quando purgatus?*

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonij tantum est libertas, ut si metu contractum sit, ipso iure reddatur nullum. Idque adeo verum est, ut cum alia deinde contrahens eidem obligetur, nec ad primum adstringatur. num. 2.
- 2 Metus qui matrimonium impedit, qualis esse debeat.
- 3 Metus regulariter non præsumitur.
- 4 Metum illatum probari coniecturis.
- 5 Metus illatum probari coniecturis.
- 6 Metus præsumitur illatus, quando de eo inferendo tractatus præcessit, etsi in ipso matrimonij actu non appareat.
- 7 Adolescenti deprehenso in facinore præsumitur illatus metus.
- 8 Metum illatum præsumi si ad ostium domus, ubi matrimonium contrahitur, armati homines adhibiti sint. Vel in ea fuit auditus clamor, num. 9. Aut iuuenis qui contraxisse dicitur, exiuerit pallidus, & tremebundus, num. 10.
- 9 Metum illatum præsumi ei, qui in contractu matrimonij lachrymatur, nisi aliqua stetit iusta causa ad sit.
- 10 Metu confensus præsumitur quem verisimile non erat eo tempore matrimonium contrahitur, nisi hoc iusta causa factum appareat, num. 13.
- 11 Matrimonium clam contractum, metu & timore contractum præsumitur.
- 12 Metu contraxisse præsumitur, qui postquam in loco tuto, & securo est, fuerit de ea re protestatus.
- 13 Metus illatus præsumitur, quando inter contrahentes magna est imparitas.
- 14 Metus contraxisse censetur, qui in loco ut contraheret, sui conclusus. Idem si postquam contraxit, aufugit, num. 18. Vel qui contraxit mandante Principe, qui voluntatem, & mandata sua consuevit exequi, num. 19.
- 15 Contraxisse præsumitur puella per vim raptam.
- 16 Metu contractum fuisse matrimonium præsumitur, si publica extet vox, & fama.
- 17 Metus ratione, & causa perdurante, ipse etiam metus perdurare præsumitur.
- 18 Osulum quod benevolentia signum est, vtrum metum in raptam cessare significet.
- 19 Metum ex longa cohabitatione purgatum præsumi, data recedendi facultate. Quæ autem dicitur longa cohabitatione, relinqui arbitrio iudicis, num. 25.

- 26 Metus illatus purgatus præsumitur, quando contrahens de loco potuit tuto recedere, idque non fecit.
- 27 Item si post aliquod tempus petijt sibi dotem numerari, numero 27.
- 28 Metus purgatus in contrahente præsumitur, qui aliquem actum omnino voluntarium, & insolitum fecerit.
- 29 Vel qui post aliquot dies visus est hilaris, & tripudiare, numero 29.
- 30 Copula carnalis voluntaria, præsumitur purgatus omnis metus præcedens.
- 31 Atque id locum habere in viro etiam inuito, ut sponsalia illius in matrimonium transeant, n. 31. reiecta opinione contraria, nu. 34.
- 32 Mors potius eligenda, quam peccato consentiendum.
- 33 Fornicario affectu cognouisse se asserens, non potest dici vir constans.
- 34 Copula carnalis subsecuta in muliere, non præsumit metum purgatum.
- 35 Vis præcisa quid sit, & quid conditionalis, seu causatiua, numero 37.

P R A E S U M P T. I V.

Etsi de metu, qui in vniuersum inferri solet in contractibus, dicturus sum infra in hoc libro, attamen placet hoc in loco distingere de metu, qui solet aliquando interuenire in matrimonio. Quia in disputatione tria capita distinguo.

Primum est, quando metus præsumatur in isto actu contrahendi matrimonium, illatus.

Secundum, quando metus iam illatus præsumatur continuatus.

Tertium, quando præsumatur purgatus.

1 Primum caput vt explicem, sciendū prius est, tantam esse matrimonij libertatem, vt si metu contractum sit, nullum ipso iure reddatur, c. cum locum, & c. veniens, il. 2. de sponsal. notabil. in c. significauit, de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter. & affirmarunt gloss. in cap. 2. de his quæ vi metus causa. latè Imolin. c. tuæ, nu. 12. de sponsal. Barbat. in conf. 54. nu. 10. lib. 1. qui communem esse testatur. Gratus in conf. 38. num. 7. lib. 2. Syluest. Prierius in Summa, in verbo, matrimonium. 8. nu. 1. vers. circa prædicta tamen. Paris. in consil. 170. in fin. lib. 4. Didac. in Epitom. de spon. in 2. part. cap. 3. §. 5. nu. 1. & adeo est nullum matrimonium metu contractum, si is, qui ita coactus fuit, cum secunda deinde contraxit, obligatur secundo matrimonio, non autem primo, d. c. significauit. vbi Abbas & Butr. & Syluester præcitato in loco.

2 Porro, metus iste talis esse debet, qui cadere possit in constantem virum, pro iudicis tamen arbitrio, inspecta qualitate personarum. Ita post alios Didacus in Epitome de sponsal. parte secunda, cap. 3. §. 3. nu. 6. & multis sequentibus. & Martinus Nauarrus in manuali Confessorum, c. 22. nu. 51.

3 Metus autem si regulariter quouis in actu non præsumitur, vt dicemus infra in præf. 34.

4 Verum coniecturis, & præsumptionibus detegitur illatus metus. Alex. in conf. 156. num. 1. lib. 5. Cæpolla in conf. 2. n. 5. in civilibus. & Alc. in respon. 5. num. 3.

5 Prima est coniectura, quando præcessit tractatus de inferendo metu, vt contraheret matrimonium. Nam etsi deinde non apparet, quod in ipso actu contractus matrimonij fuerit illatus metus, nihilominus præsumitur. Ita in specie Cæpolla in conf. 2. num. 5. vers. prima coniectura, in civilibus. Petrus Barbobus inter consilia matrimonialia, in conf. 24. n. 7. lib. 1. & Crau. in consil. 115. num. 6.

6 Secunda est coniectura, quando adolescens fuit deprehensus in ipso facinore, quo iussit timere potuit occidi. Ita

di. Ita Abbas in c. veniens, in fine, de sponsal. Cæpolla in d. conf. 3. nu. 5. vers. secunda coniectura est. Alex. in conf. 99. in prin. lib. 3. Petrus Barbobus in d. conf. 24. num. 5. & Paris. in conf. 60. num. 20. lib. 4. Riminald. lun. inter consilia matr. in conf. 77. num. 21.

8 Tertia est coniectura, quando ad ostium domus, in qua matrimonium fuit contractum, adhibiti fuerunt homines armati, qui facillè vim inferre poterant, sic responderunt Cæpolla in d. conf. 2. nu. 5. vers. tertia coniectura. & Corn. in conf. 41. num. 11. lib. 2.

9 Quarta est coniectura, quando in eo loco contractus matrimonij auditus fuit clamor, & armorum strepitus. Ita Cæpolla in d. conf. 2. nu. 5. vers. quarta coniectura. Alex. in consil. 98. num. 5. & in conf. 99. num. 3. lib. 3. & latè Paris. in conf. 60. num. 23. lib. 4.

10 Quinta est coniectura, quando adolescens, qui dicitur contraxisse matrimonium, exiuit de domo illa, facie pallidus, & tremebundus. Ita Cæpolla in d. conf. 2. nu. 5. vers. sexta coniectura. & Petrus Barbobus in d. conf. 24. num. 22.

11 Sexta est coniectura, quando in ipso actu contractus matrimonij ille, vel illa lacrymabantur. sic respondit Alciat. in resp. 504. nu. 5. ex l. vt. §. sed quia. C. de iure delictor. Id quod declarat ipse Alciat. ibid. num. 7. vers. nec obstat prima. non procedere quando iusta aliqua fuisset causa illius fletus, quæ significaret, non causa metus fuisse, exemplum est secundum Alciat. in puella nupta ea die qua eius pater decefferat. Nam præsumitur, quod fletus ob mortem patris.

12 Septima est coniectura, quando non est verisimile, quod eo tempore quis contraxisset matrimonium, vtputa in filia, quæ ea die, qua pater mortuus est, ab affinibus matrimonio tradita fuit. Hoc sanè casu præsumitur, quod metu, & inuita consenserit. Ita Alciat. in d. resp. 504. nu. 5. vers. deinde quia. Est exemplum memorabile secundum Alciatum apud Lium, lib. 3. tertie decadis, de Massinisa, qui Sophonisbam Syphacis uxorem duxit. Hanc tamen coniecturam intellexit Alciat. in d. resp. 504. num. 7. vers. nec obstat, quod tam cito procedere, nisi aliqua

13 iusta affuisset causa, tam cito contrahendi, vt illo in casu considerat Alciat. filiam illam nuptam traditam ea die, qua decefferat pater, ob dubium quod suberat, ne à quibusdam commissarijs, alteri viro per vim matrimonio collocaretur.

14 Octaua est coniectura, quando matrimonium fuit clam contractum. Nam & tunc metu, & timore præsumitur contractum, vt respondit Cæpolla in d. conf. 2. nu. 7. vers. septima coniectura. qui intellexit. clari contractum, vt si noctis tempore fuit factum. Idem est quando adhibiti non fuerunt sanguine coniuncti, & amici, sicuti adhiberi consueuerunt. Nam & tunc metu contractum præsumitur. Ita consulerunt Alciat. in respon. 5. nu. 8. vers. tertio concurrat. & in respon. 504. num. 5. vers. ad hæc augetur. & Grat. in conf. 38. num. 18. & 20. lib. 2.

15 Nona est coniectura, quando is, qui contraxit matrimonium, statim quo peruenit alio in loco tuto & securo, protestatus est, quod nolebat contrahere. Ita Alciat. in d. resp. 5. num. 8. vers. secundo concurrat. & Grat. in conf. 38. nu. 22. qui respondit de puella, qua conquesta est. Et similibus comprobabimus infra præsumpt. 126.

16 Decima est coniectura, quando adest imparitas, vt quia vir est admodum nobilis, & diues, mulier verò vilis, & pauper. Hoc etiam casu præsumitur, quod vir metu contraxerit. Ita Cæpolla in d. conf. 2. nu. 7. 9. coniectura. & alios refert Thomas Sanchez in tract. de matrim. lib. 3. disputat. 15. num. 7. vers. tandem.

17 Vltima est coniectura, quæ quis fuit clausus in loco, in quo deinde contraxit matrimonium. Ita Abb. in c. cum locum, in d. sponsal. Syluester Prierius in summa, in verbo, matrimonium, il. 2. nu. 1. in fine. Corn. in d. conf. 41.

num. 11. lib. 2. Barb. in conf. 54. nu. 19. lib. 1. Petr. Barbobus in d. conf. 24. nu. 21. Paris. in d. conf. 60. nu. 15. lib. 4. & Riminal. lun. in d. conf. 77. num. 19. intelligit autem Abb. in d. c. cum locum, in fin. quando is fuit reclusus ad hoc, vt contraheret matrimonium: secus si ob aliam causam.

18 Duodecima est coniectura, quando is, qui contractum aufugit. Nam tunc præsumitur, quod metu contractum. Ita Petrus Barbobus in d. conf. 24. num. 7.

19 Decimatertia est coniectura, quando contractum fuit matrimonium iussu, & mandato Principis, qui consuevit exequi suam voluntatem, & mandata. Ita Abb. in c. vlt. qui cler. vel vou. Syluest. Prier. in Summa, in verb. matrimonium. 8. nu. 11. Idem dicimus ceteris in contractibus, qui metu gesti præsumuntur, quæ Princeps qui consuevit exequi iussa sua, ita mandauit, sicuti dicemus infra in præsumpt. 26. nu. 24. Hinc Soc. Sen. in conf. 148. n. 7. lib. 1. post Bal. in l. eam quam, nu. 25. C. de fideicom. respondit, quod natus ex tyranno vxorato ex coitu accusabili, succedit matri, quia mater præsumitur vim passa. Sic & de nato ex serua, affirmat eodè in loco Socinus.

20 Decimaquarta est coniectura, quando puella fuit vi raptam. Nam tunc præsumitur matrimonium etiam ex post contractum fuisse metu contractum. Ita Grat. in conf. 38. num. 12. lib. 2.

21 Decimaquinta est coniectura, quæ à communi voce & fama ducitur. Nam & hoc casu metus præsumitur. Ita in specie respondit Cæpolla in d. conf. 2. nu. 8. in civilibus. Comen. 65. & Alc. in respon. 504. nu. 5. vers. confirmatur etiam.

Secundum est huius disputationis caput, quod metus iam illatus in matrimonio, præsumatur continuatus. Hic primum dicendum est, quod quando eadem causa, & ratio illati metus perdurat, perdurare etiam præsumitur metus. Ita Abb. in c. super hoc, de renunc. Cum dixit, quod etiam si puella vi raptam fuit, dum desponsata retur raptori, eumque est deosculata, attamen ex quo durabat eadem causa metus, præsumitur adhuc metu consensisse, & risum illum finxisse. & Abbatem secutus est Alc. in respon. 3. num. 14. idem respondit Barbat. in conf. 54. col. pen. lib. 1. Ita quoque si matrimonio metu contracto, subsecutum est statim ferè dotis instrumentum. cui consensit ille metu compulsus, adhuc præsumitur durasse metus in ipso instrumento dotis statim confecto. Ita Cald. in conf. 2. in tit. quod met. caus. Anch. in conf. 200. facit dubium, quos secutus est Alexan. in conf. 98. in fin. lib. 3. qui num. 7. idem dixit de alio actu simili, quo alioqui confirmatum videtur matrimonium. Ita pariter idem Alex. in conf. 99. num. 6. lib. 3. respondit, quod etsi post matrimonium metu contractum, is metu coactus deosculatus est coniugem, attamen præsumitur metu deosculatus esse. idem scripsit Abbas in d. c. super hoc. Quod verum esse existimo, etsi Cæpolla in conf. 2. num. 16. in civilibus responderit, ob subsecutum osculum, quod est benevolentia signum præsumi metum cessasse, sicuti etiam (subiungit Cæpolla num. 17.) est tactus manus. Quorum vtrumque fallum est, quod ipsi actus (vt dicebat Alexander) facti sunt durante eadem metus causa, secus si post aliquod tempus, quando metus causa omnino abfuit, vt sequenti capite dicemus. ita etiam Barbat. in conf. 71. col. 4. lib. 2. pariter respondit Corn. in conf. 41. nu. 15. lib. 2. quod si mulier compulsa fuit minis, & armis secum contrahere matrimonium, præsumitur, quod toto illo tempore constantis matrimonij perdurauerit metus, ex quo extitit semper causa eiusdem metus, nempè maritus, qui potuit illam verberare, & corporis cruciatibus afficere. sic etiam respondit Ruin. in conf. 122. num. 10. lib. 4. & accedit Gratus in conf. 38. numero 12. libro 2. qui consuluit præsumi metum illatum à raptore contra raptam continuare, etsi ipsa raptam

consentit in faciem ecclesie contractui matrimonij.
 Tertium est caput huius disputationis, quando scilicet metus iam in ipso contractu matrimonij illatus, præsumatur aliquibus signis purgatus. Quæ de re dicendum est plura esse signa, quibus colligitur, metum fuisse purgatum. Est sanè primum signum, quod quando vir, & mulier diu simul cohabitauerunt, cum tamen ita vnus ac alter potuisset recedere. Est enim difficilior sit mulieri recedere à viro, quam viro à muliere; attamen data pari recedendi facultate, si vterque persistit in matrimonio, metus purgatus præsumitur. Ita probat tex. c. ad id quod de spon. qui decidit, præsumi purgatum metum in puella, quæ post illatum metum diu cum marito habitauit, cù tamen potuisset ab eo discedere. Et illo in loco annotantur gl. Abb. & reliqui. Idem responderunt Oldra. in cons. 35. factum tale, & Alciat. in respon. 5. nu. 15. Idem affirmarunt Syluester Prierius in Summa, in verbo, matrimonium, 8. nu. 1. vers. 6. Paris. in consil. 170. nume. 18. & 14. lib. 4. Est simile in matrimonio spiritali. Ingressa etenim monasterium non potest metum allegare quando in eo cohabitauit. Abb. in capit. cum vnus, de reg. & Puteus in lib. 3. decis. 262. num. 2. & accedunt alij relati à prædicto Thomâ Sanchez in lib. 4. de matr. disp. 18. num. 6.

Dubitant autem prædicti Doctores, quanti temporis esse debeat hæc cohabitatio? Et communis quidem est sententia, quod iudicis arbitrio relinqui, vt is consideret, quantitate temporis cohabitacionis, & opportunitatem recedendi, & fugiendi.

Secundum est signum præcedenti proximum, quando post illatum metum, is qui metu contraxit matrimonium, potuit à loco illo tutè recedere, & non recessit; sicuti, quando ostium domus fuit apertum, & nemo impediebat fugere. Nam tunc ille metus præsumitur purgatus; sicuti ex glo. d. c. ad id. respondet in specie Barb. in consil. 2. num. 18. versic. octaua præsumptio. Ruin. in consil. 12. n. 13. lib. 4. Alciat. in respon. 5. n. 15. Paris. in cons. 23. n. 3. lib. 2.

Tertium est signum purgati metus, quando post aliquod tempus petijt dotem sibi numerari. Ita Alc. in d. resp. 5. num. 15. vers. confirmatur ista solutio. qui declarat, & intelligit Cald. in cons. 2. in tit. quod met. caus. quem supra retuli, loqui, quando dos vel statim fuit constituta, vel numerata viro recipiente; secus verò, quando ipse maritus sua sponte eam petijt.

Quartum est signum purgati metus, quod quando ad aliquem oino voluntarij, & insolitum fecit, vt si vir trib. anulis subarauit ipsam mulierem. Ita Alc. in respon. 5. num. 17. idem in muliere, quæ detulit semper anulos, quos omittere potuisset. Paris. cons. 170. n. 27. lib. 4.

Quintum est signum, quando post aliquot dies metum passus in matrimonio, visus est hilaris, & tripudiare, vel similem actum facere. Ita Ruin. in cons. 122. num. 13. & 14. lib. 2. Paris. in cons. 170. num. 20. lib. 3.

Sextum est signum, & quidem notabile, de quo multa sunt nobis dicenda, quando scilicet secuta est carnalis copula. Quæ quidem in re distinguendi sunt tres casus.

Primus est, quando siue in viro, siue in muliere, post illatum metum in contrahendis sponalibus vel matrimonij, si voluntaria carnalis copula subsecuta est. Hoc sanè casu dubium non est, quin purgatus præsumatur, & censetur præcedens metus, de muliere metum, & vim passa si carnali copula cõsentiat, vt dicatur purgasse metum, sancitum est in cap. significauit, de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adult. & in c. in super. qui matrimonium. acc. pos. & attigi supra in prima præsumptione, in sexta extensione. Et in specie ita affirmarunt Ruin. in consil. 122. nu. 13. & 14. lib. 4. Syluester Prierius in summa in verbo matrimonium, 8. nu. 11. vers. quintum similit. De viro metu compulso contrahere, & deinde volu-

enti cognoscente carnaliter mulierem, vt dicatur purgasse metum respondit Paris. in cons. 170. nu. 25. lib. 4. Et hic casus confirmatur à fortiori ex quarto, & quinto signo commemoratis supra, dum diximus, ex actibus voluntarijs gestis à metu compulso, purgari metum ipsum.

Secundus est casus, quod si subsecuta copulam carnalem in viro fuisse coactam, & violentam. Hoc est casu perfectum est matrimonium, atque ita purgatus præcedens metus adhibitus in contrahendis, vel sponalibus, vel matrimonio. Et hoc in casu verior est existimo opinionem eorum, qui scripserunt, viri sponalia transire in matrimonium, & verum perfectum esse matrimonium, quod subsecuta est ipsius viri carnalis copula, etsi metu, & vi cognouisse mulierem, alleget. Quia in opinione verè fuerunt Host. in c. is, qui fidem. de spon. Petr. de Palud. in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 4. & ibid. Domin. Soto art. 5. column. vers. sed quia. & Did. in epit. de spon. p. r. c. 4. §. 1. n. 1. quos quidem recentius etiam supra in præsumpt. 1. in 8. extensio. Et hos quidem rectè sensisse existimo. Et rationes aliquæ ab his cõsiderata minus veræ sunt.

Et primò quidem ea adducti sunt rone, quod etsi carnalis illa copula, fuerit metu acerrimo peracta, attamen maritali affectu præsumendum est, peractam fuisse, quia si affectu fornicario fuisse emissa, peccatū mortale commisit, & lacris, de his, quæ vi metusue cã. Id quod dicendum non est, quia debet quis potius eligere mortem, quam peccato consentire. Hæc consideratio leuis, & minus vera est. Nam procederet, quando vir est coactus, non affirmare peccare potius voluisse, quam consentire affectu maritali, sed nostro in casu præsupponimus, virum hunc negare affectum ipsum maritalem, quia si illud fateretur dubio procul matrimonium valide contractum fuisset. Et propterea cessat illa præsumptio, qua dicunt ij Doctores virum hunc peccare noluisse.

Secundò adducitur ratio hæc. Metus ille solus, qui in constantem virum cadere potest, reddit matrimonium nullum, c. cum locum, c. veniens, & c. consultationi. de spon. Atqui ille qui asserit affectu fornicario coiuisset, vir constans dici non potest. Ergo metus ei illatus talis non est, vt dici debeat non consensisse. Ita minor probatur, quia vir constans ille dicitur, qui fortis est, & potius omnes corporis cruciatus vult ferre, quam peccare. Hæc argumentatio adeo perturbauit Dominicum Soto eruditissimum Theologum, vt præcitate in loco modò vnã, modò alteram opinionem visus sit affirmare. Verum respondetur, illum dici constantem, qui communi hominum opinione non nisi, vel mortis metu, vel graui corporis cruciatus terretur. Ita Inno. in c. cum dilectus. col. pen. quod met. cau. & post alios Dec. in l. omnib. causis pro facto, & ibid. Cagn. num. 2. ff. de reg. iur. Et si aliter diceremus, nunquam daretur iustus metus, quo rescindi possent actus gesti metu. Nec sacri canones hoc in casu intelligunt hominem constantem illum dici solum, qui mortem potius eligit, quam peccare, sed etiam illum, qui graues corporis cruciatus ob actus humanos pertimescit.

Tertiò verior est existimo rone, quæ & aliqui ex prædictis senserunt, quod si in viro coeunte, cõsiderari non possit metus aliquis, quia si metus adesset, cessaret desiderium, sine quo frustra adhibetur coeundi conatus, si cui experientia ipsa humana docet. Mulier vt mox dicemus inuita, & coacta cognosci quidè potest, at vir inuitus, & desiderio carès, nec erigere, nec coire vnq̄ poterit. Quocirca dicendum est, quod si admittimus virum coiuisset, inde fiet, voluntariè id fecisse, & consequenter matrimonio consensisse. His intelligimus, verà non esse contrariã opinionem eorum, qui scripserunt matrimonium non dici contractum, quod vir metu compulso carnaliter cognoscat mulierem. Quia in opinione fuerunt Abb. & Prepositi in c. consultationi. de spon. But. & Henric. Boic in c. is

is qui fidem. de spon. & ibid. Præpos. nu. 7. ad fin. Paris. in cons. 58. n. 69. lib. 4. & ex theologis D. Antoninus in summa. in 3. part. tit. 1. c. 7. ad finem, Duran. in 4. sent. dist. 29. q. 2. & Martinus Nauarrus in manual. confessorum, c. 2. n. 51. vers. tertium, qui cõem hanc esse testatur. Et ij quidè ea sola rone vsusunt, quod ad contrahendum matrimonium consensus esse dēt omninò liber, & spontaneus. c. veniens, de spon. & diximus supra in principio huius præsumptionis. Atqui metus iste impedit liberum, & spontaneum consensum. Ergo & matrimonium. Hæc ratio ex iam dictis confutatur, quia imo secuta carnali copula, adest liber, & spontaneus.

Tertius est casus, quod asseritur subsecuta copula carnalem in muliere fuisse coactam, & violentam. Hoc casu veram esse credo opinionem Abbatis, & sequacium, quos supra commemorauimus, quod si perfectum non fuerit matrimonium, atque ita non purgatus metus, ita in specie senserunt Host. & Didacus præcedenti casu allegati. Ea est rō, quia matrimonium requirit (vt diximus) liberum, & spontaneum cõsensum. Atqui metus iste etsi scis non est actus liber, & spontaneus cõsensum impedit. Non ergo præsumi potest consensisse matrimonio. Illa minor propositio ita probatur, declarando prius, quæ dicatur vis præcisa, quæ nos ita compellit aliqd agere, vt in nobis non sit, vtum agamus, sicuti quæ vnus impellit, & desert nos aliquem in locum. exēpla sunt in leg. Cæsar. & in l. interdum. §. si pp. ff. de publica. & veftig. in c. constat. r. q. 1. & c. presbyteros, §. 1. dist. 50. Hæc vis omninò impedit consensum, & voluntatem. Et hoc est sine controversia verum.

is qui fidem. de spon. & ibid. Præpos. nu. 7. ad fin. Paris. in cons. 58. n. 69. lib. 4. & ex theologis D. Antoninus in summa. in 3. part. tit. 1. c. 7. ad finem, Duran. in 4. sent. dist. 29. q. 2. & Martinus Nauarrus in manual. confessorum, c. 2. n. 51. vers. tertium, qui cõem hanc esse testatur. Et ij quidè ea sola rone vsusunt, quod ad contrahendum matrimonium consensus esse dēt omninò liber, & spontaneus. c. veniens, de spon. & diximus supra in principio huius præsumptionis. Atqui metus iste impedit liberum, & spontaneum consensum. Ergo & matrimonium. Hæc ratio ex iam dictis confutatur, quia imo secuta carnali copula, adest liber, & spontaneus.

Tertius est casus, quod asseritur subsecuta copula carnalem in muliere fuisse coactam, & violentam. Hoc casu veram esse credo opinionem Abbatis, & sequacium, quos supra commemorauimus, quod si perfectum non fuerit matrimonium, atque ita non purgatus metus, ita in specie senserunt Host. & Didacus præcedenti casu allegati. Ea est rō, quia matrimonium requirit (vt diximus) liberum, & spontaneum cõsensum. Atqui metus iste etsi scis non est actus liber, & spontaneus cõsensum impedit. Non ergo præsumi potest consensisse matrimonio. Illa minor propositio ita probatur, declarando prius, quæ dicatur vis præcisa, quæ nos ita compellit aliqd agere, vt in nobis non sit, vtum agamus, sicuti quæ vnus impellit, & desert nos aliquem in locum. exēpla sunt in leg. Cæsar. & in l. interdum. §. si pp. ff. de publica. & veftig. in c. constat. r. q. 1. & c. presbyteros, §. 1. dist. 50. Hæc vis omninò impedit consensum, & voluntatem. Et hoc est sine controversia verum.

Dotis fauore stipulatio interposita an præsumatur, vel fingatur in dotali instrumento pro ipsius dotis restitutione.

S V M M A R I V M.

- 1 Dos matrimonij causa datur, eiusque dicitur accessoria.
- 2 Dotem marito numerans, nulla stipulatione adhibita, lex tamē pro adhibita voluit.
- 3 Idque præsumptione iuris, & de iure. num. 3.
- 4 Quam tamen stipulationem alij factam esse volunt. num. 4.
- 5 Distinguit Cald. num. 5.
- 6 Stipulationem in dote adhibitam, etiam quoad mariti commodum fingi.
- 7 Idem in parte filie, cui promissa est dotis restitutio. n. 7.
- 8 Stipulationem, quæ in dotis numeratione interuenisse fingitur, exequendam esse stante statuto, vt instrumenta habeant ratam exequutionem.
- 9 Fideiussores dato de conferuanda, vel restituenda dote, fingitur interuenisse stipulatio.
- 10 Stipulatio in dote interuenisse non fingitur, in eo qui expresse stipulari non potest.
- 11 Idem in extraneo dotante, ad cuius commodum non fingitur interuenisse. num. 11.
- 12 Dotis promissione facta de re incerta, stipulatio non fingitur interuenisse.
- 13 Item constante matrimonio, maritus eam alteri restituere promississet, sicque facta delegatio. num. 13.

P R A E S V M P T. V.

POST matrimonium superest vt de dote, quæ matrimonij causa datur eiusque accessoria dici solet. discipiamus. Cum autem dotis fauor maximus sit, iure factum est, quod si vel mulier, vel qui mulieris nomine dotem marito numerauit, nullam adhibuit stipulationem de dote reddenda, lex eam introduxit, & pro adhibita esse voluit. l. vnica. C. de rei vxor. actio. & hanc esse præsumptionem iuris, & de iure scripsit Ioan. Andr. in additio. ad Spec. in tit. de præsumptio. §. species, num. 5. in verbo, in prædictis concor. qui dixit, idem affirmasse Martinum de Fano. Idem tradiderunt Bart. in l. 1. in prin. ff. de his quæ in testam. delen. & in d. l. 1. in prin. num. 5. ff. de verb. oblig. & ibid. Ripa nu. 14. Crauer. de antiquo temp. in 4. particula primæ partis principalis, n. 40. et si Doctores ab eo allegati præter Bartolum aliter scribunt. Et ij quidem adducti sunt verbis d. leg. vnica. §. accedit, vbi iust. stipulationem præsumptam appellat. Verum rectè ibi glossa exponit, præsumatur id est fingatur.

Altera fuit opinio eorum qui verius existimarunt hanc non esse præsumptam, sed fictam potius stipulationem. Ita gl. in d. l. vnica. in prin. C. de rei vxor. actio. Ioan. Bapt. de sancto Blasio in tract. de dote. centuria prima, nu. 1. & centuria tertia, nu. 27. qui communem esse opinionem dixit. Alex. in cons. 127. nu. 3. & nu. 8. lib. 6. Socin. sen. in cons. 290. in fi. lib. 2. Bal. Nouell. in tract. de dote. parte sexta, priuilegio secundo, Campeg. in tract. de dote. parte prima. q. 57. Galliaula in l. 1. in prin. nu. 30. ff. de verb. oblig. & ibid. Iac. Niger. nu. 73. & nu. 74. Cora. nu. 8. Alc. nu. 19. & Soc. Iun. nu. 2. 1. Idem placuit Albert. Bo logn. in commentarijs ad rub. ff. de verb. oblig. c. 29. nu. 2. & 3. Hos rectius sensisse existimo. Nā Iust. in d. l. vnica, in prin. C. de rei vxor. actio statuit stipulationem sub intelligi etiam quando omissa fuit; cum certum est, stipulationem non fuisse adhibitam, illa à lege subintelligitur. Est ergo fictio, quæ contra id, quod est verum, à lege inducitur. Et vtilius quidem est doti, quod fingatur stipulatio, cum tunc aduersus eam non admittatur probatio in contrarium, etiam per confessionem mulieris, quod in præsumptione iuris, & de iure non contingit.